

## Loca in amphitheatro adsignata fratribus Arvalibus.

**5049** Loca adsignata in amphitheatro.<sup>1</sup> | L. Aelio Plautio Lamia Q. Pactumeio Frntone (*sic*) cos.<sup>2</sup>, | acceptum ab Laberio Maximo procuratore praef. annonae<sup>3</sup>, | L. Vennuleio (*sic*) Apronano<sup>4</sup> (*sic*) mag., curatore Thyrso l.<sup>5</sup>, | fratribus Arvalibus maeniano I<sup>o</sup> cun. XII gradib. marm. VIII: gradu I<sup>7</sup> p. V =— $\mathcal{L}$ <sup>9</sup>, | grad. VIII<sup>9</sup> ped. V  $\equiv$   $\mathcal{L}$ <sup>9</sup>, f. ped. XXXXIIIS<sup>10</sup>; gradu I uno p. XXIIIS<sup>11</sup> et maeniano (*sic*) summo<sup>12</sup> | II cun. VI<sup>13</sup> gradib. marm. IV, gradu I uno<sup>14</sup> p. XXIIIS<sup>15</sup>; et maeniano | summo in ligneis tab. LIII<sup>16</sup> gradibus XI<sup>16</sup>, gradu I ped. V =— $\mathcal{L}$ <sup>17</sup>, grad. | XI ped. VS =— $\mathcal{L}$ <sup>18</sup>, f. ped. LXIIIS =— $\mathcal{L}$ <sup>19</sup>. | Summa ped. CXXVIIIIS =— $\mathcal{L}$ <sup>20</sup>.

*Tabulae marmoreae, quae continebat acta annorum 80. 81, cf. supra N. 5055, vv. 25—54 (VI 52565 melius quam VI 2059 cf. Huelsen bull. comunale 1894 p. 343; pleraque delineavit Huebner ex. scr. ep. n. 996). — 1) Amphitheatrum Flavium, quod dedicatum esse a Tito anno 80 docent et scriptores et nummi. — 2) Consules fuerunt per partem anni 80, ut apparet ex his ipsis actis, ubi paullo post recensentur consules ordinarii anni 81. — 3) Procurator hic et praefectus annonae a. 74 fuerat procurator Iudaeae, a. 85 praefectus Aegypti (cf. Prosopogr. Imp. Rom. s. v.). — 4) Consul suff. a. 92. — 5) Libertus fortasse fuit eius qui praecedit. — 6) Maeniano primo. — 7) Gradu primo, 8) gradu octavo, 9) pedes quinque, uncias tres ( $\frac{3}{12}$ ), semunciam ( $\frac{1}{24}$ ), sicilicum ( $\frac{1}{48}$ ) (unciae unciaeque partes priore loco perscriptae sunt in alia tabula iuxta posita, neglectae ab omnibus editoribus, ante Vaglierium Notizie degli scavi 1892 p. 269), = pedes  $5\frac{5}{16}$ , sive pedes V digitos V (digitus sexta decima pars pedis, cf. Frontin. de aq. 24). Explicavit haec Huelsen bull. comunale l. c. p. 345. — 10) Fiunt pedes XLII semis. Apparet fratribus Arvalibus non tantum in primo et octavo sed in unoquoque ex octo gradibus primi maeniani idem spatii pedum 5 digitorum 5 adsignatum esse; octies enim pedes  $5\frac{5}{16}$  efficiunt pedes  $42\frac{1}{2}$  (cf. Bormann ap. Hulam arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 47 p. 70 not.). — 11) Haec verba (gradu I uno ped. XXIIIS) videntur repetita esse ex versu qui sequitur, 12) item summo vocabulum errore videtur hoc loco intrusum ex iis quae sequuntur. — 13) Cuneo sexto (cuneum sextum maeniani secundi in eadem parte amphitheatri fuisse in qua maeniani primi cuneum duodecimum et maeniani summi tabulationem quinquagesimam tertiam, cf. not. 46, probatum ivit Huelsen l. c. p. 348). — 14) uno non intellegitur; excidisse videtur spatium in singulis gradibus maeniani secundi Arvalibus attributum. — 15) Pedes viginti semis ( $22\frac{1}{2}$  pedum spatium videtur Arvalibus assignatum esse in maeniano altero). — 16) Tabulatione quinquagesima tertia (cf. not. 45), gradibus undecim. — 17) Gradu primo pedes quinque, uncias quattuor [trientem], semunciam, i. e. pedes  $5\frac{4}{12} + \frac{1}{24} = 5\frac{18}{48} = 5\frac{6}{16}$ , sive pedes V digitos VI (cf. not. 9). — 18) Gradu undecimo pedes quinque, semissem uncias quinque, sicilicum, i. e. pedes  $5\frac{11}{12} + \frac{1}{48} = 5\frac{44}{48} + \frac{1}{48} = 5\frac{45}{48} = 5\frac{15}{16}$ , sive pedes V digitos XV. — 19) Fiunt pedes sexaginta tres, semis unciae quinque [deunæ], semunci, i. e. pedes  $65\frac{11}{12} + \frac{1}{24} = 65\frac{46}{48}$ , i. e. pedes 63 dig.  $45\frac{1}{3}$ . (Videtur in maeniano summo spatium Arvalibus attributum per singulos gradus crevisse; quantum id fuerit in unoquoque graduum a secundo ad decimum, non indicatur.) — 20) Summa pedes 429, semis, unciae quinque, semuncia, i. e. pedes 429 dig.  $45\frac{1}{3}$ . (Pedes  $42\frac{1}{2}$  [cf. not. 10] +  $22\frac{1}{2}$  [cf. not. 15] + 63 dig.  $45\frac{1}{3}$  [cf. not. 19] efficiunt pedes 428 dig.  $45\frac{1}{3}$ ; error igitur unius numeri aut hic aut supra commissus. Cf. Huelsen l. c. p. 347.)*